

## II.

### REGNUM MORTUORUM.

Nro. 49.

---

#### *Politica Mortuorum Colloquia.*

---

Elystum-Meum, Die Veneris, 13. Julii, 1810. (Neov. 19. Jun. 1810.)

Objecto uno in imagine juxta aliud posito oritur parabola seu comparatio, si vero objectum excolatur, et alteri mente affequentium proponatur, oritur allegoria.

*De Sc. hum.*

*Basilii Valentini,*  
Biographia Allegorica.

Sub erudito hoc *Basilii* nomine Sæculo XVI. celeberrimus Chemicus in orbe comparuit. Protopater cunctorum Alchymistarum (Adeptorum) & universalium Medicamentorum. — Multa ab eo habentur opera. — Currus triumphalis Antimonii, Azotum Philosophorum cum 12 clavis philosophicis, Tinctura 7 metallorum, & ejus Testamenti Tabulæ.

Et res singularis! portentum isthæ ætatis suæ quis erat? — adhuc sub iudice lis est. — Sunt, qui monachum Benedictinum Erfurti censent, alii in orbe continuo oberasse volunt — prodigia plurima de eo feruntur, quippe ex plumbo, stanno, ferro aurum fecisse, mortuos cadavere nondum plene frigido ad vitam revocasse, & alia id genus plura mirabilia commenta. — Ejus

libri in Bibliothecis multis habentur — Verum adeo obscure scripti, ut mente adprehendi ejus arcana nequeant. Nihilominus auctor metallurgicæ Medicinæ, præcursor Theophrasti, Paracelsi Bombast a multis habetur. —

Age, hunc virum Allegoriæ adplicemus!

B. Valentinus vir erat, qui hermeticam artem ad summum evexit — id naturale prorsus: Alchymistæ scientiam suam admodum arcane tenendam esse — quem etenim usum metallum hoc præstaret, si quilibet id produceret? — Valentinus tantum duntaxat produxit, quanto eguit. Erat ei filius Candidus, quem sacris suis imbuit, cuique quotidie inlammaverat: solertem, piam, castam, arcani tenacem, labis expertem, sobriam vitam agendam ei esse, qui sacris his sublimibus misteriis initiari volet.

Verum, ut in humanis fit, mater, quæ natum deperibat, Candido, inscio patre, aes suppeditare, quo factum, ut adolescens sat jucundos hilaresque dies, & lubricam vitam ageret. Mater vita excessit, & Candidus simulatam coram patre pietatem adoptare coepit.

Et Valentinus tacitis senescere annis, suprema sibi fata instare animadvertens, filio ad se accersito, postquam senile corpus thoro imposuisset, famulis divisim dimissis, monitoque: ut diligenter caveat, ne quis auscultet, his præmissis, revelat filio summi pretii arcana: adparatu verborum & lingua, ut Alchymistæ solent.

Care Fili! ait, pater tuus multas noctes insomnes egit, multum meditatus, continuo operam dans, ut non modo amplas opes posteris relinquat, verum & nullos prorsus posteros habeat. Noli super hoc terreri mi fili! nolo per id dici, ut mihi adimaris, sed quod te nullo tempore deserere velim, proinde me dici nequeat: posteros mihi esse."

Vide dulcis nate! nobis naturæ refragari non licet — sed eam sequi ducem, adjuvare, ei obtemperare oportet, quamdiu matris utero continetur proles, tamdiu pharmaca reviviscentiæ meæ præparatione detinentur — contemplare, sis, hanc exiguæ molis phialam, hoc vasculum, huic unguentum, illi succus inest — Ambobus dilecte! tales coagulatae vires continentur, quæ vitæ elateres rursus ad motum excitant, verborum quævis corporis humani membra, æque diuturno, quo ante natiuitatem, usque diem, quo hæc medicamenta applicata gaudebant, vigori restituant, at curandum: ut intra ro, ab æspiro horas applicentur, argilla a vita postrema adhuc calida, & resuscitationis capace.

„Equidem corpus meum continuo labore fragile sentio, te itaque adjuro, ut mox ubi expiraro, isthoc me unguento ungas, & ubi motitare me adverteris, illico incomparabilis isthunc pretii liquorem ori infundas, secus fiet, ut unguentum, liquorem, operam cum patre perdas. — Hoc remedio vitæ me reddes, ut ego tibi dedi; & ex hoc articulo temporis auctoritatem, mutuo vitam dedisse

nobis, in vicem missam facere lubebit; ut fratres nos amore complecti, mutua opera artem nostram prosequi; quid fit? paucis post diebus moritur Basilius. —

Jam exeitantur in animo Basillii copiosa desideria — expenditis: patrem suum naturæ cursum exegisse, se ab eo in fruendo vita restrictum, cum eo sæpenumero litigasse. — „Equidem hoc resuscitatorio medicamento, dicebat apud se, pro me solo uti possum, ad hoc paullo licentiosam vitam egi; altera vita peccata diluendi, expiandi, pie vivendi consilium est. — Cadaver patris refrigerari terræque mandari sinit, curiose custodiens & phialam & vasculum.

Ingratus Candidi animus non rarum in orbe phenomenon est. — proh dolor! parentes sudore adquirunt, laborant, student, ut liberis adquirere bona valeant; liberi spe fortunarum obtinendarum educati morti parentum adplaudunt, & ut diverbium habet: quæ pater solerti opera congestit, disculus natus inter voluptates prodigit! — Sed ad historiam:

Mortuo Valentino Candidus fortunis primum patris frui coepit. — Indulsit luxui, & Chemicam patris operationem prosecutus, aurum multum confecit. — Erat ei quoque filius Amatus — at arcanum phialæ & unquenti revelavit nemini — defecit viribus, & consenuit; at cui misterium reviviscentiæ detegat? si patris, cogitabat, exemplum secutus fuero, filius æque, ut ego olim, faciet, ut ergo tutius

ageret avaritiæ potius, quam animi bonitati filii resuscitationis spem superstruendam decrevit.

Hac ille mente præditus filium ad iectum moribundus advocat, gestibusque seriis, voceque quam gravissima alloquitur. " Ut ut fili amate! vanitati & voluptati deditus sis, prout ipse olim eram, scientia nihilominus & solertia patris mei Clarissimi Basilii Valentini large nos aluit, ejus Symbolum in erudito orbe probe notum est, nec venerandi ejus vultus dignitas ullo tempore memoria mea exoidet, quo patuit, dum imis smærgidinæ Hermetis Tabulæ arcanis me initiavit. Esto, ajebat, pius, esto arcani tenax. Nostram artem cordis innocentia adjuvare debet. Aurum producentem luxuriosæ viventem homines rogabunt: Unde tibi hæc opes? — in te oculi defigentur, actiones tuas indagabunt, demum, ignotis fortunis elatum adprehendent; quas, salutis gratia, si revelas, si arcanum pændis, tum aurum tuum valorem amittit — quisque id imitabitur, quare celavit mihi artem conficiendi aurum, & — obiit. —

Amatus intentis oculis patrem Alchymistæ specie, magna cum pietate differentem excipere, quem ubi attentissimum esse animadvertit, sic prosecutus, „hæc phiala, & testaceum hoc vasculum mi fili! opibus tuis tantum addent, ut opulentissimus Germanici Imperii fias, ego labore & studio ea reperi, & jam longinquum iter ingredior, nolo vero in communem pulverem redigi" hoc dicto hilarem vultum in-

nobis, in vicem missam facere lubebit; ut fratres nos amore complecti, mutua operam nostram prosequi; quid fit? paucis post diebus moritur Basilius. —

Jam excitantur in animo Basilius copiosa desideria — expenditis: patrem suum naturæ cursum exegisse, se ab eo in fruendo vita restrictum, cum eo sæpenumero litigasse. — „Equidem hoc resuscitatorio medicamento, dicebat apud se, pro me solo uti possum, ad hoc paullo licentiosam vitam egi; altera vita peccata diluendi, expiandi, pie vivendi consilium est. — Cadaver patris refrigerari terræque mandari sinit, curiose custodiens & phialam & vasculum.

Ingratus Candidus animus non rarum in orbe phenomenon est. — proh dolor! parentes sudore adquirunt, laborant, student, ut liberis adquirere bona valeant; liberi spe fortunarum obtinendarum educati morti parentum adplaudunt, & ut diverbium habet: quæ pater solerti opera congeffit, discipulus natus inter voluptates prodigit! — Sed ad historiam:

Mortuo Valentino Candidus fortunis primum patris frui cœpit. — Indulsit luxui, & Chemicam patris operationem prosecutus, aurum multum confecit. — Erat ei quoque filius *Amatus* — at arcanum phialæ & unquanti revelavit nemini — defecit viribus, & conuenit; at cui misterium reviviscentiæ detegat? si patris, cogitabat, exemplum secutus fuero, filius æque, ut ego olim, faciet, ut ergo tutius

ageret avaritiæ potius, quam animi bonitati filii resuscitationis spem superstruendam decrevit.

Hac ille mente præditus filium ad lectum moribundus advocat, gestibusque seriis, voceque quam gravissima alloquitur. " Ut ut fili amate! vanitati & voluptati deditus sis, prout ipse olim eram, scientia nihilominus & solertia patris mei Clarissimi Basilii Valentini large nos aluit, ejus Symbolum in erudito orbe probe notum est, nec venerandi ejus vultus dignitas ullo tempore memoria mea exoidet, quo patuit, dum imis smaragdinae Hermetis Tabulæ arcanis me initiavit. Esto, ajebat, pius, esto arcani tenax. Nostram artem cordis innocentia adjuvare debet. Aurum producentem luxuriosæ viventem homines rogabunt: Unde tibi hæc opes? — in te oculi defigentur, actiones tuas indagabunt, demum, ignotis fortunis elatum adprehendent; quas, salutis gratia, si revelas, si arcanum pandis, tum aurum tuum valorem amittit — quisque id imitabitur, quare celavit mihi artem conficiendi aurum, & — obiit. —

Amatus intentis oculis patrem Alchymistæ specie, magna cum pietate differentem excipere, quem ubi attentissimum esse animadvertit, sic prosecutus „hæc phiala, & testaceum hoc vasculum mi fili! opibus tuis tantum addent, ut opulentissimus Germanici Imperii fias, ego labore & studio ea reperi, & jam longinquum iter ingredior, nolo vero in communem pulverem redigi" hoc dicto hilarem vultum in-

duens ait: si intra dimidiam post obitum horam totum corpus unguento illeveris, & liquorem ori infuderis, quod utrumque memoratæ phialæ & vasculo asservatur, futurum omnino, ut cadaver purum convertatur in aurum.

Candidus non destitit fidem dare patri, dolori ait: sibi cedere ejus decessum, cuncta ut præcepit ad amissim se custoditurum, non solo ditescendi studio, sed ut optimi aurei patris corpus coram habere, & perpetuo venerari possit. —

Factum est, Candidus vivis excedit, hæresque cadaveris apud se impetrare nequit, quin pro animæ levitate, & auri aviditate sua, longitudinem, & latitudinem exanimi patris corporis oculis metiretur avidis, ad valorem ejus ante computandum, quam operi manus admovisset, id quidem portio erit auri! vociferat ingrati patris sordidus, filius.

Amplum arcani pretium animo continuo volutans, manum ad tabulam — at — at — heu! heu! dum ex vias curiose perangit, liquorem ori guttatim instillat, cadaver mortuari. — Amato terrore percito phiala emanabitur & — diffringitur! —

Ita sæpe accidit: ut degener, discolusque filius phialam sudore patris refertam, manebatibi sinat, tantoque labore, studioque congestæ, partæ & relictæ opes ictu dispareant.

Alchimistæ hodie in Politica parum novitatis memorabilis tenent; pauca igitur.

*Ex oratione Landemanni Villae.  
Qualterianae occasione auspicandorum hoc anno Co-  
mitiorum haec excerpimus :*

„Ex quo Foederi Civitatum renovata  
constat forma, ter superiore anno procella pa-  
cificis nostris impendebat arvis. Periculum  
imminebat grande & atrox, domi forisque ad-  
parebat; in notabili finium nostrorum distantia  
omnia tumultus plena, cujus ignis diffusurus  
se late videbatur. — Fraternali fidei, concor-  
diaeque, sapienti constantique Foederis Princi-  
pis moderationi, candidae patriae nostrae stipen-  
diarum copiarum agendi rationi, nostram,  
post Deum, qui corda regit Imperantium, &  
feros populorum furores cohibet, debemus sa-  
lutem. — Jam undique circum nostros fines  
gentes felici tranquillitate efflorescunt. —

Verum agite! Invigilemus: ne eum non  
interrupta quiete, lente perimens virus inter-  
nas rationes nostras, in nobilissimas Corporis  
nostri politici partes irrepit. Naturae foederati-  
vi Systematis inhæret: quod periculo externo  
diu absente membra lubenter se segregent,  
communeque vinculum laxum, & infirmum  
reddatur; quo fit, ut quod sublime in Po-  
litica, essentielle & necessarium oculis subdu-  
catur, bases constitutionis politicae exoleant,  
evactae hominum actiones privata duntaxat  
commoda internasque minutias respiciant. —

Expendite, quæso, dilecti Foederati! solam Helvetiam in Europa, ut liberam gentem, republicanam Formam conservasse; tempore universalis Paligenesiæ nullum Statum intrinsicæ segregem imbelliæque oportere — quod vis & robur politicæ Constitutionis nostræ spei & expectationi auctoris sui respondere debeat — ambientes nos imperantes Unionem duntaxat reipublicæ, non singulares ejus partes respiciant, nulla amicitia absque æstimatione consistat, & quod hæreditate a Majoribus acceptum Clenodium ipso illo die amittamus, quo Officio vacare desinimus — &c.

*Parisiæ Seculo nono decimo.*

Sub hac inscriptione *D. Petrus Jouhard* Advocatus, urbis Parisinæ novos mores, consuetudinesque adumbravit. — In cæteris ait: se deprehendisse bene cultum virum, anulum in valore 1000 Imp. in auriculari digito gestantem — hominis singularis prorsus humanitas mox indicabat Imperialem mutuo petendi votum — hoc est" ajunt Gallicæ paginæ. „*Muscam elephanto insidentem admirari.*”

---